ulati cedere conspexissent hortatu consulis in eos acrius resultarunt ras
siduo congressu expugnatos vicerunt. Superati achei xx^m suorum eximia
strage deletis qui potuere pauci terga verterunt. Critolaus miseranda su
orum clade perculsus dolori adeo incubuit ut quo modo insane gestiebat sui im
patiens hausto veneno occubuit ultro. Achei sic miserrime trucidati
teterrimum suis spectaculum obtulerunt nam qui in montibus constituti erant
ut suorum spectaret tropheam mesto gemitu horridoque ululatu ad ethera
voces irruperunt et meroris calamitate victa lugubris romanorum preda fu
ere. Mox ut polibius tradit, diacum, alterum achivorum prefectum ex
archadia ingenti auxilio proficiscentem, metellus in itinere obviam factus
ad interitum fudit. His sic prospere gestis ad urbis excidium romani obsi
dione contendunt. Corinthus hec erat inter duo maria Ionium scilicet et egeum
in conspicuo edita grecarum urbium florentissima decus achivorum columen.
Iam horrendo clamore frementibus acheis vir egregius circumlatis signis op
pugnare menia terra marique ceperat ita ut hostium viribus confectis
facile bellum et ferme pactum successori pararet cum preter victorie
admirari mummius consul accessisset qui prioris ducis memoria milicia fractos
hostes iam pridem attritos diaco duce iterum ad histmo expugnat et
utrumque salum Ionium scilicet et egeum cruentum reddidit. Exin corinthus
vi et armis capta et hostilibus flammis correpta tot seculorum labor et
honos in cinere ocius evanuit nec desolata loci facies ullum tante
urbis vestigium quod videri possit in ipso deformi squalore tenuit rese
vadium. Sic funditus perdomitis acheis metellum subsequenter comito
celtiberos oppressurum. qui pro consul in hispaniam missus cum in agros hostium
fudisset exercitum inleversum aut vastatum reliquerat. donec finitimi
ad eum deficientes pacem suppliciter poscerent ne eorum predia fugibus re
ferta desolarentur. Cumque urbem centobricam obsidione astrinxisset ad
exitum rei tambens, murum bellicis instrumentis adortus est et cum ariete
concussa menia pulsarentur, opidani filios rethogenis qui celtiberorum prin
ceps invitis civibus ad romanum proconsulem se contulerat, ictibus machine
obiecerunt ut conspectu patris negter attriti comminuerentur. At ubi rethoge
nes cruore suorum urbem aspersam capi nec molestum nec impedimento sibi esse
constanter asseverasset nec ob id ab incepto desistendum fore dux roma
nus genitore humanior ab obsidione discedens crudele spectaculum pa
tri perhorrescendum conspici passus non est que viri clementia celtibe
rorum adeo movit animos ut eadem menia que crudele factum teterrime ue
tuerat expugnare proconsulis gloria ad deditorem excitaret. Subinde
contrebia gentis unicum presidium armis dux ipse romanus invaserat
quam omni munitione fultam ubi ferme inexpugnabilem conspexisset vir pi
tissime sagacitatis item varia consilia agitatus, quod diu mente conclu
serat intra pectus archanum tenuit occultandum. et velut ab inten
tione remotus obsidione urbem liberat ac varie hinc inde pagra
do errore implicuit exercitum. dissoluta namque milicia cum nunc ad
hoc nunc ad illud oppidum in dies militem volutaret admirantibus
cunctis quendam ex commilitonibus sciscitantem quo his ambagibus

polibius

= ł nil euersum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_933/0300

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG